

honore sanctae et individuae trinitatis, et in honore sanctae Mariae, perpetuae virginis, nec non et s. Blasii archiepiscopi et martyris, sancti Vincentii levitae et martyris. Deinde aedificantes domum suae habitationis sic ordinaverunt*, quod universas officinas, scilicet capitulum, refectarium, coquinam¹, dormitorium, cellarium, et alias mansiunculas in eadem domo et sub eodem tecto constituerent. Et ex opposito construxerunt infirmariam, relinquentes intermedium tantum, quantum sufficeret ad ambitum. Simplicem autem infirmariam fecerunt, non pomposam, in tanta altitudine, quantum habebat domus² habitationis.

6. Hiis peractis post multa adversa, quae sustinuit sanctus Reginberthus a malis hominibus, nec non insidias et temptationes diabolicas, quas omnes per intercessionem egregii martyris beati Blasii, nostri patroni, viriliter devicit, [obit]³. Ipse autem cottidie in ieiuniis et vigiliis corpus suum macerans, exemplum bonum praebens omnibus, fratres exhortans multis [fol. 8^a] precibus, ut veterem hominem cum suis actibus deponentes illius conversatione permanerent ac viverent, ei in eodem statu Christo deservirent. Caeterum carnis molestia oriente, lecto decubans**, fratribus valedicens, viaticum domini magna reverentia sumens, multis miraculis per eum factis, quae noluit redigi in scriptis causa humilitatis, spiritum deo commendans, quarto calendas Januarii de ista peregrinatione in gaudium domini sui ab angelis est receptus***.

7. [1036—1045?] Post decessum sancti Reginberthi venerabilis pater dominus Beringerus cum suis fratribus lamentabiliter deplangens orationem tanti patroni, idem venerabilis pater transiit conventum a priore habitatione sive claustro ad novum aedificium †,

¹ coquina, S. ² domos, S. ³ fehlt in der S.

* Darnach sind die Zellen des 10. Jahrhunderts, cellae Reginberthi und ad Albam, abgebrochen worden, als man um 1036 die cella s. Blasii baute. Die Gestalt des vetus monasterium (cap. 7 novum genannt) muß man sich als ein Quadrat vorstellen (coenobiali ordine factum), in dessen Mitte der Kreuzgang (ambitus) war. Die älteste Seite desselben enthielt im unteren Stode: universae officinae, scilicet capitulum, refectarium, coquina, cellarium, im oberen Stode die dormitorium und aliae mansiunculae. Dieser Seite des Quadrates gegenüber stand das infirmarium oder die infirmaria, auch zweifelhafte (in tanta altitudine), die Verbindung dieser beiden Gebäude bildeten die s. g. tertia pars und die Kirche. Die tertia pars baute erst der zweite Abt (Weuter) 1045—68. S. Band 3. S. 598.

** Amara Reginberthi mors. Note G. Meyers.

*** Der rotulus gibt nur den Todestag, kein Jahr, darnach fällt dieses in das 10. Jahrhundert.

† Novum monasterium inhabitant. Note G. Meyers.

coenobiali ordinatione factum, relictis tamen aliquibus e fratribus non litteratis, ut inhabitarent locum prioris habitationis, et hii nominabantur fratres extranei. Postquam ergo aedificatum et consecratum est monasterium, ut supra scriptum est, pius atque benignus pater Beringerus supervixit novem annis in senectute laudabili atque vita commendabili cum magna gratiarum actione, coram universis fratribus et munitus ecclesiasticis sacramentis tradidit spiritum. Qui mox ab angelis susceptus et ante thronum Christi collocatus, ut quidam de fratribus asseruerunt et postea miracula per eum facta declaraverunt. Acta sunt autem haec anno domini millesimo quadagesimo quinto, quarto calendas Aprilis* [28. März].

8. [1045—46.] Post discessum gloriosi confessoris Christi Beringeri, qui omnem labyrinthum suum cum magna benevolentia secundum inspirationem divinam ordinavit, geometricae omnia habitacula claustralia habitatione congrua fundamentum ponendo, ut posset dicere cum Paulo**: „ut sapiens architectus fundamenta posui.“ Sed diabolus dolens, se anteriori tempore non praevaluisse ad impediendum opus sanctorum fratrum, repulsus a beato Blasio, iterum se convertit ad diversa machinamenta. Inhians destructioni fratrum per quemdam monachum professione, Yzonem*** nomine, sed diabolicum opere, quadam simulatione fecellit pura corda fratrum, ut in regimine [fol. 8^b] succederet beato Beringero, volens per ipsum sanctum illum conventum annihilare. Sed fratres intelligentes astutias diaboli, nuntium fore eius, considerantes morum eius insolentiam, proiecerunt † eum, ne teneret abbatiam, quia necdum confirmatus erat. Quo ita deposito dominus Wernherus abbas in eius subrogatus est loco.

9. †† [1046—68.] Hic venerabilis pater magna pollebat sapientia et sanctitate coram deo et hominibus, qui et incoeptum opus a suo praedecessore coepit aedificare eleganti¹ modo, pene tertiam partem claustrum †††. So ipsum sibi quae commissos ad bona instigavit opera;

¹ eleganti, S.

* Auf dem Rande; 1045 Mors Beringeri II.

** I. Eorinth. 3, 10.

*** Note Meyers: Yzo abbas deponitur.

† Herrgott schrieb auf dem Rand: Ex hoc loco ruit somnium Caspari abbatis, qui ab anno 964 interregnum in abbatia posuit usque 1045.

†† Wernherus primus (Barthel II.) huius nominis in abbatia subrogatur. Note Meyers.

††† Auf dem Rotulus. S. Band 3. S. 598.